

Cicero, Stadthalter in Kleinasien, schreibt nach Rom an Cato, was er zu tun gedenkt, weil die Parther das mit Rom befreundete Königreich Kappadonien angreifen:

Itaque in Cappadocia extrema non longe a Tauro apud oppidum Cybistra castra feci, ut et Ciliciam tuerer et Cappadociam tenens nova finitimorum consilia impedirem. Interea in hoc tanto motu tantaque exspectatione maximi belli rex Deiotarus, cui non sine causa plurimum semper et meo et tuo et senatus iudicio tributum est, vir *cum* benevolentia et fide erga populum Romanum *singulari*, tum praestanti magnitudine et animi et consilii, legatos ad me misit *se* cum omnibus suis copiis in mea castra *esse venturum*; cuius ego studio officioque commotus egi ei per litteras gratias idque ut maturaret hortatus sum.

Grammatik:

---Erläutere das „cum“ in Zeile 4

---Erläutere das „singulari“ in Zeile 4

---Erläutere „se.....esse venturum“ in den Zeilen 5/6

----kolometrische Schreibweise mit grammatikalischer Analyse

---Übersetzung